



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmma Totivs Theologiae S. Thomae Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Secundum

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Vtru[m] sit circa passiones, vel circa operationes [...]? 9

urn:nbn:de:hbz:466:1-38762

*eod. libro
et c. in ar
gum. cit.*

quod significant quosdam generales modos virtutis: & hoc modo loquitur ibi * August. dicit enim quod prudentia est cognitio rerum appetendarum & fugiendarum. Temperantia est refrenatio cupiditatis ab his quæ temporaliter delectant. Fortitudo est firmitas animi aduersus ea, quæ temporaliter molesta sunt. Iustitia est quæ per cæteras diffunditur, dilectio Dei & proximi, quæ scilicet est communis radix totius ordinis ad alterum.

Ad tertium dicendum, quod passiones interiores, quæ sunt pars materiæ moralis, secundum se non ordinantur ad alterum, quod pertinet ad specialem rationem iustitiæ: sed earum effectus sunt ad alterum ordinabiles, scilicet operationes exteriores. Vnde non sequitur quod materia iustitiæ sit generalis.

ARTIC. IX.

326

Verum iustitia sit circa passiones?

4. d. 15. q.
1. a. 1. q.
2. ad 2.
* l. 2. c. 3
to 5.
† 1. 2. q.
23. ar. 4.

AD nonum sic proceditur. Videtur, quod iustitia sit circa passiones. Dicit enim Philosoph. in * 2. Ethic. quod circa voluptates & tristitias est moralis virtus. Voluptas autem, id est, delectatio, & tristitia sunt passiones quædam, vt supra † habitum est, cum de passionibus ageretur. Ergo iustitia cum sit virtus moralis, erit circa passiones.

¶ 2 Præterea, Per iustitiam rectificantur operationes, quæ sunt ad alterum. Sed operationes huiusmodi rectificari non possunt, nisi passiones sint rectificate: quia ex inordinatione passionum procedit inordinatio in prædictis operationibus. Propter concupiscentiam enim venereorum proceditur ad adulterium: & propter superfluum amorem pecuniæ proceditur ad furtum. Ergo oportet quod iustitia sit circa passiones.

¶ 3 Præterea, Sicut iustitia particularis est ad alterum: ita etiam & iustitia legalis. Sed iustitia legalis est circa passiones: alioquin non se extenderet ad omnes virtutes, quarum quædam sunt manifestè circa passiones. Ergo iustitia est circa passiones.

SED

SED contra est, quòd Philosophus dicit in * 1.5. c. 1. et 5. Ethic. quòd est circa operationes. 2. 10. 5.

RESPONDEO dicendum, quòd huius quæstionis veritas ex duobus apparet. Primò quidem ex ipso subiecto iustitiæ, quòd est voluntas: cuius motus vel actus non sunt passiones, vt supra * habitum est, sed solum motus appetitus sensitiui passiones dicuntur. Et ideo iustitia non est circa passiones, sicut temperantia & fortitudo, quæ sunt irascibilis & concupiscibilis, sunt circa passiones. Alio modo ex parte materiæ: quia iustitia est circa ea quæ sunt ad alterum: non autem per passiones interiores immèdiatè ad alterum ordinamur. & ideo iustitia circa passiones non est.

Ad primum ergo dicendum, quòd non quælibet virtus moralis est circa voluptates & tristitias, sicut circa materiam: nam fortitudo est circa timores & audacias. Sed omnis virtus moralis ordinatur ad delectationem & tristitiam, sicut ad quòsdam fines consequentes: quia, vt Philof. dicit in 7. * Ethic. Delectatio & tristitia est finis principalis, ad quem respicientes, vnumquodque, hoc quidem malum, hoc quidem bonum dicimus. Et hoc modo pertinent etiam ad iustitiam: quia non est iustus qui non gaudet iustis operationibus, vt dicitur in 1. * Ethic.

Ad secundum dicendum, quòd operationes exteriores mediæ sunt quodammodo inter res exteriores, quæ sunt earum materia, & inter passiones interiores, quæ sunt earum principia. Contingit autem quandoque esse defectum in vno eorum sine hoc, quòd sit defectus in alio. Sicut si aliquis surripiat rem alterius non cupiditate habendi, sed voluntate nocendi: vel e conuerso, si aliquis alterius rem concupiscat, quam tamen surripere non velit. Rectificatio ergo operationum, secundum quòd ad exteriora terminantur, pertinet ad iustitiam. Sed rectificatio earum secundum quòd a passionibus oriuntur, pertinet ad alias virtutes morales, quæ sunt circa passiones.

1. 2. 9. 22.
2. 3. et 9.
59. ar. 4.

1. 7. c. 18.
in princ.
10. 5.

* 1. 1. c. 3.
10. 5.

nes. Unde surreptionem alienæ rei iustitia impedit, in quantum est contra æqualitatem in exterioribus constituendam; liberalitas verò in quantum procedit ab immoderata concupiscentia diuitiarum. Sed quia operationes exteriores non habent speciem ab interioribus passionibus, sed magis à rebus exterioribus, sicut ex obiectis: ideo per se loquendo, operationes exteriores magis sunt materia iustitiæ, quàm aliarum virtutum moralium.

Ad tertium dicendam, quòd bonum commune est finis singularium personarum in communitate existentium, sicut bonum totius, finis est cuiuslibet partium. Bonum autem vnius personæ singularis nõ est finis alterius. Et ideo iustitia legalis, quæ ordinatur ad bonum cõe, magis se potest extendere ad interiores passiones, quibus homo alicqualiter disponitur in seipso, quàm iustitia particularis, quæ ordinatur ad bonum alterius singularis personæ: quamuis iustitia legalis principalius se extendat ad alias virtutes quantum ad exteriores operationes earum, in quantum scilicet præcipit lex, fortia opera facere, & quæ temperati, & quæ mansueti, vt dicitur in 1. 5. Ethic.

ARTIC. X.

Vtrum medium iustitia sit medium rei?

AD decimum sic proceditur. Videtur, quòd medium iustitiæ non sit medium rei. Ratio enim generis saluatur in omnibus speciebus. Sed virtus moralis in secundo * Ethicor. diffinitur esse habitus electius in medietate existens, determinata ratione quo ad nos. Ergo & iniustitia est medium rationis, & non rei.

¶ 2 Præterea, In his quæ simpliciter sunt bona, non est accipere superfluum & diminutũ, & per consequens nec medium: sicut patet de virtutibus, vt dicitur in 2. 1. Ethicor. Sed iustitia est circa simpliciter bona, vt dicitur in quinto * Ethic. Ergo iniustitia non est medium rei.

¶ 3 Præterea, In alijs virtutibus ideo dicitur esse medium

† 1. 5. Eth.

o. 2. d. me.

20. 5.

3 27

1 2. q. 64

a. 2. c. 3.

d. 33. q. 1

a. 3. q. 2.

et 4. d. 25

q. 1. a. 1.

q. 2. c.

vir. q. 1.

ar. 13. ad

7. 12. 13.

c. 17.

1. 2. c. 6.

20. 5.

† 1. 2. c. 6.

20. 5.

* 1. 5. c. 1.

parũ ar.

te med.